



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiae, 1605**

De Collegio Nangasachano, Et Residentiis Ei Annexis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

foras traxerit, adiunctis multis probris & cōtumeliis & alia  
 ta confregerit & euerterit, nullo tamen damno hominibus illarum  
 Gentiles rei indignitate commoti mox scripsere ad eiuſdem pa-  
 triæ homines Christianos, percunctantes, num serid & ex  
 stria hæc ab homine facta essent; & si ita esset, scirent se eum  
 necem rapturos: sibi admodum probabile videri, tantam igno-  
 niam diis suis sine consensu Christianorum inferri potuisse. Verò  
 postea cum animaduernerunt hominem non esse comporem  
 ris, insciisque Christianis omnia facta, petierunt eum compe-  
 hendi & vinciri, quod & fecere, ad auertendum vniuersæ populi  
 tumultum, & ne terra Dominus gentilis factum hoc perpetuo  
 interpretaretur.

In insula Tacscima, quæ occurrit in itinere Coraiano, quæ  
 Taeni Camedoni filia, nomine MARIA, Domino terra maris  
 monio iuncta, qui vxoris suæ persuasione ad cultum veri Dei  
 aggregauit. Multi in ea baptismi flagrant desiderio: sed quantum  
 inter Coraianos & Iaponios, qui adhuc arces suas in Coraio  
 nent, de conditionibus pacis conuentum non fuerit, non potest  
 commodè eorum votis satisfieri. Etsi è primariis iam multi salu-  
 tari aqua abluti fuerint, ac bonus quidam Christianus cum facili-  
 tate Patrum vicena eorum capita hoc anno abluir. Loco concen-  
 nis hoc tempore Christianis illis est vitæ integritas bonaque ope-  
 ra Dominæ illius loci, de qua iam diximus.

#### DE COLLEGIO NANGASACHANO, ET RESIDENTIIS EI ANNEXIS.

**Q**UIA ad hunc portum Nangasachanum quocunq; annis  
 è Cina appellit, vti scriptum est alias, fit, vt exules omnes  
 & quotquot alibi sedem suam figere non possunt, per-  
 gum ad hanc ditioriam habeant. Vnde videmus quoties  
 magnam fieri accessionem tum ad hominum numerum alim-  
 ventitantium, tum etiam ad frequentiam nouorum ædificiorum.  
 ac consequenter augetur & labor Patrum in illis instruendis. Et  
 terni, vt vident à Christianis his locis omnia teneri, & ipsi  
 aduolant ad cognoscendam Christi doctrinam, & salutifera aqua  
 se aspergi curant. Maximum ferè laborem nostri habent in  
 quod noctu diuque ab ægris confessionis causa crebrò euocantur.  
 non in vrbe modo, sed etiam extra illam à duabus tribusve locis.  
 etsi totum ferè laborem minuat ingens illud studium curandæ  
 Iuris iuræ, quod in his Christianis offendimus.

Confessiones hoc anno vsque ad 15 Septemb. in sola vrbe Nangasachana, non annumeratis Residentiis, fuere septies mille sexcenta quadraginta quatuor. Synaxes bis mille ducenta octoginta daæ. Si autem eorum cupiditati fieret satis, multo maiore Patrum numero opus esset. Baptizati sunt ex adultis tres supra quadringentos: nam ex aliis continenter aliqui baptizantur.

Religio huius populi Patribus magnam adfert consolationem in Domino. Honoratissimi quoque, & principes viri, quoties ferè longa itinera suscipiunt, non solum in extera regna longè remota, sed etiam in interiorem Iaponiam, prius animos suos ab erratis expurgant, & cœlesti viatico pascunt, ac testamenta condunt: reque ipsa planè demonstrant, se cum temporis incremento maiores semper in vero Dei cultu sanctæque Ecclesiæ amore facere processus.

Die Mercurij Cinerum tantus Christianorum numerus ex vrbe & proximis villis confluit, vt studio primum locum obtinendi bis confregerint chori cancellos.

Feris sextis Quadragesimæ omnibus tantus numerus personarum, tum virorum tum feminarum, in terga sua per publicas vias ad sanguinem vsque defecuit, vt omnium in se oculos cõuerterent, maximè cum Præfeti vrbis sint gentiles. Utuntur autem faccis, vel domo propria allatis, vel commodato à sodalitate Misericordiæ acceptis.

Die Iouis sancto, rogatu Seniorum populi, processio religione plena instituta est: in qua prodibãt 90, qui se acerrimè diuerberarent, præter eos, qui interdium idem fecerant. Alij & alia pænarum genera admodum graua sponte subibant.

Veneris sancto ad venerationem Crucis tanta turba accurrit, vt ceremoniæ illi finis imponi vix potuèrit ante secundã post meridiam horam. Etsi enim multi constituti essent, qui summouerent irruentes, & septis arcerent, tamen impetum sustinere non potuerunt: itaque, vt reliquis ritibus perficiendis daretur locus, opus fuit effigiem crucifixi remouere, ne omnes cogerentur in sextam noctem expectare.

Quoniam Iaponii singulari religione venerantur Ecclesiasticas ceremonias, magnam voluptatè capiunt Sabbatho sancto ex benedictione baptisterij, dum tanta cura feruntur vasa ad excipiendam aquam benedictam pro curatione morborum, & ignis novus in cuiusque ædes deportatur. Hoc anno, post absolutam fontis consecrationem, salutari lympha tincta sunt 121 capita, cum ante probè in Catechesi instituti essent.

Multi tempore Quadragesimæ, non ieiuniis solum, sed etiam aliis pœnis voluntarius, prout quemque deuotio mouerit, corpora sua castigant. nonnulli abstinent uino, alii piscibus, uel cœnando uel per herbis & leguminibus, alii Cias, quod est ordinarii portusgenus, alii aliis cibis, sine quibus difficulter tot dies transigere possunt. Multi etiam, secundum consilium Apostoli, continentia uxoribus, ut se impensius dedant pietatis officiis; alii ex longinquis regnis ueniunt, ut Bungeni & Amagucciano, quæ 40. annorum interuallo absunt, tenui comœntu instructi, itinere difficillimo, tum ad faciendam de peccatis confessionem, tum ad uisitas sacras ardes & cruces, ut thesaurum aliquem meritum apud Deum colligant. Magna fide & deuotione complectuntur diuina reliquia; calculos benedictos, Agnus Dei, atque his armis se contra Dæmonis insultus communiunt.

Agricultores uel rustici, quibus his locis res familiaris admodum gusta est, etiam a Dominis suis gentilibus cogantur etiam festis uisitare agros: tamen, ut in summa reuerentia habent obseruationem præceptorum Ecclesiæ, primum confugiunt ad Ecclesiam, Deumque deprecantur, ut propter inopiam & necessitatem post Missionem auditam sibi cœpiam facere dignetur laborandi. Et idem faciunt omnes, qui Officium publicum sustinent, quando coguntur.

Deprehensum est eos ante confessionem grauiores de se commisisse pœnas, quam unquam a sacerdote eius imperatae fuissent: ideo multi frango potius quam calcibus hac in parte indigent.

Et si iam decimus uertatur annus persecutionis nostre, Ecclesiæque nondum sint usque quaque patefactæ prædicationi Dominici & Sanctorum festis, tamen præsentia Patrum, quorum opera sæpe utuntur, eorumque doctrina iam olim altè in eorum fixa pectoribus eos ita fortes robustosque in fide, sic accendit uerbum Dei audiendum, frequentationem sacramentorum, diuina mysteria reddit, ut edicti nullam habere rationem uideantur.

Quidam cæteris religiosiores, diuinarumque rerum studiis quoque mense definitis diebus & locis conueniunt. & uisus eorum primò prælegit quædam spiritalia, ad fidem spectantia, deinde in argumento prælecto inter se conferunt magno cum fructu & consolatione.

Ethnicus externus gentilis trucidatæ focium suum item gentilem rapitur in carcere, & addicitur morti, sodales Misericordiarum ilico patefaciunt Patri, mittitur frater qui homini Christianum annunciet, diffusè ei ostendit quanto interuallo distet lex diuina

à secta Icolosi, quam ille profitebatur: cum rationibus claris & invidis hominem de sententia diuellere non posset, rogat praesentes Christianos, ut flexis genibus pro homine orarent, & sic domum reuertit. Vix limen domus attigit, cum mox ad carceres reuocaretur, repetitur praedicatio, baptismi necessitatem homicida intelligit, cum significatione intimi doloris de peccatis & spe salutis baptismum suscipit. Percunctatus postea ab eo est frater, quid eum prius retardasset à baptismo: respondit se vuisse Amidam Fatocofo, se nunquam, quoad viueret, eius memoriam depositurum, vel ab eius cultu recessurum: simulatque autem à fratre & Christianis suscipere preces, nouum in pectore suo exortum desiderium cognoscendi res ad salutem necessarias. Cum vero illi expositum esset, quam utilis esset confraternitas, obnixè petiit in eam referri, ut tanto magis sociorum deprecationibus iuuari posset. Amissus est, & mortem oppetit haud secus, quam si multis annis Christum agnouisset: semper enim nomen IESU & MARIAE extrema hora ingeminabat, & se orationibus Christianorum commendabat.

Vir quidam huius patriae filium vnicum, quem, aliis multis antè amissis, in senectute genuerat, impensè amabat, puer incipit laborare papulis. Sanatur; paulo post in eisdem relabitur cum vitae periculo. Parentes desperato remedio humano, magna fide & submissione fugiunt ad diuinum. Pater, ut erat homo autoritate apud omnes praeditus, conuocat totam viciniam, ad eunt Ecclesiam Misericordiae, quadraginta horas in oratione, mutatis per vicies orationibus, ponunt, qua finita petunt à Patre sacrum Missae dici. Omnibus peractis accurrit parens hilarius ad Patrem nostrum, filium suum iam esse extra periculum: qui & paucis post diebus integre sanitati est restitutus.

Venit in has oras, è quodam gentiliū regno, mercator, qui exiguo commisso furto mox in compedes coniectus est, & secundum Iaponiae leges ad mortem damnatus. Hic rogatus, essetne Christianus, an gentilis, respondit se in infantia baptizatum quidem, sed quia deinceps per totos annos triginta inter gentiles vixisset, nullam se vel orationum vel aliarum rerum Christianarum notitiam haurire potuisse. Itaque frater noster aggreditur illi tradere doctrinam Christianam, tum de confessione faciendā instruat tandem Patri cuidam confessus est cum tanta laetitia & consolatione sua, ut aliquoties se ad pedes eius abjiceret, dicens: Quoniam confessus sum de peccatis, penitus confido à Domino mihi ea condonata, iam mortem nihili facio. Cum ad locum supplicii

perductus esset, sodales Misericordiae obsecravit Gubernatores gentiles vehementer, ut quando furtum tam exile esset, ei vitam condonarent. Qui responderunt: Quod ad salutem animae hominis attinet, facite vos quod liber: sed quod ad leges Imperatorum spectat, non est quod vos implicetis. Verum quia iuxta superstitionem gentilium dies erat climactericus, & ideo mors differenda debebat in diem sequentem, reus in carcerem retractus est. Alio ergo die, cum educeretur, circumstantibus Christianis, qui conuenerant, indicauit se dubitare, si tunc baptizatus aliquando, an nomine quidem Thomae sibi puero impositum, & tunc vixisset Christianos, tamen nihil unquam se a parentibus de baptismo cognouisse. Itaque ante mortem, sub conditione, sacris aquis perfusus est. Vnde apparet mortem eius diuinitus in alterum diem dilatam.

Christiani in villis quibusdam à Domino avarissimo exactoribus tantum non opprimebantur, sic ut ter quaterve pendere cogerebantur multo amplius, quam quotannis solū magno labore cultum gigneret. ac tandem in eam seruitutem tyrānicis exactoribus adducti sunt, ut non solum necesse fuerit omnes fortunas distringere, sed etiam liberos, atque etiam, quod quibusdam cogit, uxores oppignerare. In has angustias redacti tandem ad vnum Deum suum habuere per fugium, & ad mortem se comparauerunt: & ecce mox diuina maiestas tantis clamoribus & arumis exorata miseris benignè respexit, & non sine miraculo agros eorum tenui semine repletos tanta Orizae ubertate & copia compleuit, ut facile possent & iniustissimae exactioni facere satis, & omne fere aes alienum soluere.

Mulier Christiana profecta cum marito in aliam regionem gentilibus, inter paucos Christianos, referta, egregie fide sua profecit. In itinere enim maritus satanico quasi astro periculis impetare ei capit, ut fidem Christianam desereret. Patres inducere volumines in fraudem, iam ambos versari in diuisione gentilium & Beliazorum: ni faceret, se eam contrucidaturum; cumque ad delictum quendam locum peruenissent, easdem minas reperit, & in conspectu eius ancillam Christianam mactauit. Hic pia & fortis mulier, metu omni deposito, grauius in eum inuehi cepit, & dicere: Sis tu Lucifer, per me licet: me scias esse Christianam, & tanquam Christianam velle occumbere. Itaque orationibus passionisque Domini memoria armata manibus in caelum sublatis genua flexit, exceptura gladium. Verum placuit Deo impij hominis emollire pectus, longiusque progressio femina tandem

persuasit, ut in ditionem Christianam desisteret: licet nouis machinationibus eius noua constantia identidem fuerit resistendus. Ut in ditionem Christianam peruenere, pia mulier animaduertens mentem mariti obstinatam, mortisq; periculū sibi imminere, aufugit ad Patrem quendam, inde non longē disjunctum, qui re tota intellecta ei domicilium inter Christianos adsignauit. Marius, ubi deprehendit eam fuga elapsam, iter persecutus versus Meacum suę immanitatis pœnas luit; nam à Deo desertus magno furore & rabie in via se ipsum gladio confecit.

Cum Pater quidam à villa, in qua pauperis cuiusdam Christiani confessioni aures dederat, domum reuenteret, obuiam se ei dedit senex candido pectore hæc verba prolatus: Adesdū Pater, & arborē pulcherrimam ac recentē tibi demonstrabo. abducensque eum in locum post ædes suas retrusum ostendit ei crucem binos cubitos & dimidiatum longam, dicens: Hæc crucem ab inchoata persecutione, hoc est à decennio, iam conseruo, nec patiar eā per contemptum vel exuri vel abjici: vicini autem huc ventitant, ut ante eam suas preces Deo persoluant. Locus, in quo bonus ille senex crucem seruabat, nitidus erat, & vndique paruis arboribus circumdatus, quas ipse manibus suis plantarat. Crux autem erat virentibus ramis ornata.

Hoc anno multa mancipia vtriusque sexus à Coraiano regno, & nunc hærent Nangasachi, instituiimus. Aiunt plura esse trecentis, eorumque major pars ante biennium baptismum suscepit, hoc autem anno adiunxere confessionem. Experientia docet gentem esse ad sanctam fidem nostram idoneā, humani sunt & affabiles, salutare lauacrum magna cum voluptate recipiunt. Exomologesi oblectantur. breui tempore plerique omnes idioma laponicum sic didicere, ut pro confessione faciendā vix egeant interprete.

Die Veneris sancto sub noctem cum clausis Ecclesię januis pararetur baptisterium, & alia in sequentem diem Sabbathi, ecce strepitus auditur iuxta ostia Ecclesię, aperta fenestra petitur quid rei sit, respondere nixi genibus magna humilitate: Pater nos Coraiani soli hic adsumus: nam quia ut mancipiis heri non licuit nobis processioni interesse, hæc conueniendum putauimus, ut à Deo misericordiam & criminum nostrorum veniam impetraremus: dumque hæc dicunt, tantū sanguinem profudere, ut qui audierunt continere se à lacrymis non possent. Valer gens hæc iudicio, eam simplicitate quadam conjuncto, & hætenus satis declarant, nulla re se cedere Laponiis, Placuit Deo, occasione belli

belli Coraiani, has nobis suppeditare primitias frugum nostrae ad salutem animæ ipsorum: omniumque ea communis opinio est si prædicatio Evangelica, quod facile per Japoniam fieri potest aditum inueniat in Corai, faciles incolarum aures inuenturam lateque per illa regna manaturam.

Christianus quidem, cui Ecclesiæ cura incumberebat, videtur nimium molestari a pauperibus Christianis in expectandis medicis pro curandis morbis, cum aliud non occurreret, decem reliquias sacrorum Cinerum, qui primo die Mercurii in Quadragesima benedici solent, aqua piaculari iniectos illis imparem credens illis, crederent esse medicinam vitæ pro agris, si biberent credidit, bibere, incolumitatem maxime è febris recuperant quinquaginta septem.

## DE RESIDENTIA

## CONGANA.

**I**N hac sede Christianis operam dant Pater vnus & vnus ter. Bis mille quadraginta quatuor exomologeses hoc anno in tota patria audita: baptisterii aqua lustrati 719. Emergunt enim noua Christi Ecclesia per litteras Isaiasiorum, ad quos euocatus est aliquando à nobili Christiano frater noster, ut similibus annuntiaret Evangelium. Hic nobilis & alius quidam conuentione facta, ex fratris eiusdem consilio, statuerunt primo uxores suas cum vniuersa familia ad fidem traducere, quam subditus Frater auspiciatus est concionem in alterius illorum aedibus, cuiusque multi in iis essent è secta Icosciolorum, & tumore percussisset nobiles quosdam factos Christianos, plures alii ad audendum sermonem confluxerunt, dicentes: Profectò, quæ Frater noster nobis annunciat, rationi sunt consentanea & veritati: ac proinde quæ secta Icosciolorum imò omnes sectæ Japonicæ profitentur, cum vera doctrina è diametro pugnant. Quam ob rem Icosciolorum, qui discessionem istam ad Christum minime probabant, summo quoque conciliabulum habuere, in qua decreuerunt ad Bonzum sectæ illius Principem legationem instituendam, cuius hæc verba dicendum: Hactenus iam & sanctam existimamus Icosciolorum legem, quam prædicas, sed quia hoc venit frater noster, qui vehementer doctrinam vestram redarguit, suamque clare ostendit ratione congruentem: para te ad disceptationem cum eo instituendam, quam nisi coargueris & reuocaris, à tua doctrina discessionem faciemus. idem secundo & tertio illi indicari curauit.